



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

14 Neophyti contumaciter Iudaizantes, tanquam haeretici, sunt puniendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

pedit propositum melioris vitæ, cap. cùm dilectus, & ibi gloss. de ijs, quæ vi met. ve cau. sunt quod etiam sequitur Abb. in dicto c. majores. Et hoc loco facit illa solemnis juris regula, multa facta tenere, quæ alias fieri prohibentur l. 1, §, biduum ff. quan. appellat, cum alijs simul.

11 Subsunt Iudæi foro ecclesiastico in delictis Ecclesiasticis si peccaverint in clericum vel in fidem, aut contra canones, aut legem divinam, veluti si Iudæus dimittat uxorem, & aliam accipiat, quia punitur per judicem ecclesiasticum servata lege Iudæorum. Bald. conf. 315. Iudeis tutela in fine, & conf. 316, quia sapè in fine volum. 1. & Calder conf. 125. alias 11. de Iudic. & for. compet. & conf. 489. alias 2. de Iudæis, & idem Bald. in conc. 422. lib. 5. quem citat, & sequitur Card. Tuschus tom. 4. præf. concl. 372, num. 1, & Surd. 1 decif. 133. num. 2.

12 Foro † seculari subsunt in delictis secularibus Calder. ibid. In causis vero, quæ inter personas世俗ares sunt misti fori, etiam contra Hebreos, locus est præventioni, Abbas in cap. postulasti, nu. 5. circa fin. de Iud. & Saracenis, ut in causa blasphemias, & sacrilegii.

13 Iudæi, & Saraceni † aliquique infideles heretici esse non possunt, quia separatio non admittitur in ijs, qui sunt extra Ecclesiam, tamen, si quid in contemptum Christianæ religionis ad misericordiam, aut aliquod blasphemiarum genus protulerint, tanquam heretici, & hereticorum poena puniuntur. Cald. conf. 125. alias 11. de foro competent. & Card. Tusc. eodem tom. 4. præf. conc. 372. num. 1.

14 Idem † dicendum de neophyto, qui, si se corrigeret post canonicanam monitionem

neglexerint, & ad vomitum Iudaizantes, redire comperti fuerint, contra eos, tamquam perfidos hereticos, per Ordinarios locorum secundum factorum canonum instituta, procedi debet, ut in eadem const. §, si quis autem C. plerique eadem distinet. 4. & in constit. Gregorij Papæ XIII. cap. 73, §, cuiusvis in Bull. Rom. pag. 1306. & Oldr. conf. 36.

Sitamen † Iudæus siat Saracenus, non s' punitur, qui de ijs, quæ sunt extra nos, nihil ad nos, secus si fidem agnoscit cœpisset, quia transiundo ad aliam sectam, punitur, Oldrad. conf. 51, incipiens Iudæus transiit, quod autem dicitur de ijs, qui extra nos, nihil ad nos, intelligitur respectu excommunicationis, ut non arceantur.

Non enim † possunt ab Ecclesia per excommunicationem ejici, qui nunquam fuerint in ea recepti, Oldrad. eod. conf. 36. in princ. cap. gaudemus de divor. Sed puniendi sunt corporaliter, & in pecunia, Alexand. conf. 99. visa inquisitione, num. 11. lib. 6. & conf. 1. Attentis numero 21. & seq. vol. 7.

In ijs autem, † quæ circa fidem cum Iudæis nobis sunt communia, velut, esse Deum unum & æternum, omnipotentem, creatorum omnium visibilium, & invisibilium, & similia, si quis Iudæus non esse assertuerit, prædicaverit, aut Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremque ejusdem non esse virginem, & alias hujusmodi blasphemias, quæ per se hereticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie, protulerit, sive die, quæ sanctissimum sacramentum Eu-

Nnn n 3 charissim